Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



22

inuentum uniuersę unitati xp̄i · quae non in una uilla mutu genna
concluditur · sed toto terrarum orbe diffunditur ; Sed ecce facimus
quod uoluisti ; si te cum agimus · ac si non dixerint uri · Nec causa
causae · nec p̄sona p̄sonę praeiudicat ; Tu inueni quod illic dicere
debuerint · cum eis abiecta esset causa & p̄sona primiani · quidam
natores suos · & damnauit cum ceteris & damnatos ac detestatos
in suo rursus honore suscepit ; & baptismum quem mostui dederant ·
quia de ipsis in illa praeclara sententia dictum erat · quod mor
tuorum funerib: plena sint litora ; Agnoscere potius & accep
tare · quam exsufflare & rescindere maluit · totumq: dissoluit
quod male intellegentes dicere solet is ; Qui baptizatur a mor
tuo · quid si ei p̄dest lauacrum eius ; Si ergo non dicerent nec causa ·
causae · Nec p̄sona p̄sonae p̄iudicat · reitenerentur in causa pri
miani ; Cum autem hoc dixerunt · in munem fecerunt ecclesiam
catholicam sicut nos asserebamus a causa caeciliani ; Sed cetera
lege cetera discute ; Uide utrum in ipsum caecilianum de cuius
p̄sona praeiudicare conabatur · ecclesiae aliquid mali p̄bare po
tuerint ; Uide utrum non potius etiam p̄illa multa egerint · &
plurib: lectionib: quas contra se p̄tulerunt & recitauerunt ·
causam eius bonam omnino firmauerint ; Lege ista · uelle gan
tu sibi · considera omnia · retracta diligenter · & elige quid se
quaris ; Utrum nobiscum in xp̄i pace · in ecclesiae catholicae unita
te · in fraterna caritate gaudere · an p̄ nefaria dissensione ·
p̄donati paste · pro sacri lega diuisione in postunitatem nr̄ae
circa te dilectionis diutius sustinere ; Adtendis enim & saepe
rep̄eris · sicut audio quod in euangelio scriptum ē · recessisse
ad n̄o septuaginta discipulos · & arbitrio suae malae atq: impię
discessionis fuisse permissos ; Ceterisq: duodecim qui remanserant · fuisse responsum ; Numquid & uos uultis ire ; & non
adtendis qui a tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat ·